

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De in ius uocando. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

De in ius vocando.

Rubrica.

*Incipit in ius vocando per seclē ut partes obligentur instantia quā in
q̄tē arretē a tempore litis contestate.*

Definitio est inter instantiam et processum seu acta.

Incipit libellus porrigitur pars sit præsens an requiratur citatio?

1 **G**loriosus dicit q̄ iudiciū incipit a citatione: & per cōsequēs
processus per quod dicit doc. q̄ rōne libelli q̄ pcedit valet, pa-
ter ex ordine pcedētis tū in quo tractat de libelli porreclōe in
libellus & istius tū qui sequit̄ q̄ porreclō libelli nō est i actis. nec
de processu iudiciū quod patet etiam quia potest fieri die feriā
ut l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. & l. j. de pēnis. Et tū proces-
sus iudiciū tempore feriā nō potest fieri. Certē aliqñ citatio p̄-
cedit porreclōnem libelli: & istud cōiter seruatur: & patet ex or-
dine titulorū in ff. quā tū de in ius voc. pcedit tit. de edēdo. &
tū sine dubio porreclō libelli est de pcessu seu act. ut est text.
in c. quoniam contra falsam. de proba. Gl. verō in cle. j. de iudi. in
gl. dicit q̄ prima citatio est extrajudicialis, licet per eam perpe-
tuetur iurisditio delegati: & praeueniatur iurisditio: quia faciens
citari videtur iurisditio. & hoc sufficit ad praedicta duo: ut in c.
gratum. & c. relatum. de offic. dele. & in l. & quia. ff. de iurif. om.
2 **I**tem alia gl. in l. si. §. illud. j. de tempo. appell. dicit q̄ iudiciū
incipit a lē. cōtēst. sed hoc est verum pfectē: ut partes obligen-
tur instantia, & sic ipsa instantia incipit a contestatione: ut ex tūc
incipiat currere tempus praefixum instantiae: ut in l. properandū.
post princip. j. de iudi. sed ipse processus incipit a citatione: & sic
notā. Differentiam inter instantiam & processum seu acta. quia
quicquid est de act. est de processu. & e cōuerso, non tamen sem-
per requiritur citatio, ut quando pars esset præsens cum libellus
porrigitur de hoc tamen dicit ut plenē not. in ca. si. de elect. in no-
uella. & tangit Bar. in l. j. ff. eodem titu.

3 **H**onor qui debetur marito, debetur etiam uxori eius, & non e cōuerso.

*Lex p̄cipue p̄nalis, & sic odiosa est restringenda, & loquens in marito, in his
quā dicitur ad uxorem, extenditur ad uxorem.*

4 **V**eni uocari patronum in ius requiritur iussu & licentia iudicis, cum causa cognitio-
nis, non autem actio famosa contra patronum.

LEX

I.

1 **S**icut bonis. *2* Sicut libertus nō pōt
in ius vocare patronū si
ne venia. ita nec vxorē eius. h. d. Et sic nō q̄
honor q̄ debet marito, debet et vxori ei.
3 **N**ō sic e cōuerso. ut in gl. quia vxores fulgēt
radijs maritorū. nō e cōuerso. No. secundum
Bald. quod l. quantuncūq; p̄nalis, & per
cōsequēs odiosa, est restringenda: & loquēs in marito, in his quē
ab eo dicitur a vxorē, extenditur ad vxorem. nā si libertus facit
in ius vocare patronū. licet in edicto p̄toris, de illa nō fie-
ret mentio, incidit in p̄nam edicti: quā est l. aureorum. ut l.
pe. ff. eo. sicut si ipsum patronum citari fecisset. *4* Sed opp. ista ve-
niā nō aliter est nisi iussu & licētia iudicis: ut patet in fi. huius.
Sed certē nulla citatio est fienda de quacūq; alia sine iussu iudi-
cis. l. neminem. j. de exhi. reis. Quod ergo priuilegiū habet pa-
tronus? Respondeo, quia contra alium iudex nulla causā cogni-
tione adhibita pōt committere citationem: sed cōtra patronum
vel patrem non debet committere nisi causa cognita: quia de-
bet videre libellum volentis agere, vtrum velit intentare actio-
nem famosam, & tunc non recipiet libellum, nec committet cita-
tionem non famosam. & tunc secus: ut hic probatur in l. sed si
huc lege. §. p̄tor. ante finē. l. ff. eodem. Si ergo libertus non facta
mentionē quod ille erat patronus: fecit committi contra illum, ci-
tationem adhibita hac causā cognitione, illo comparente inci-
dit in p̄nam edicti: quā applicatur ipsi patrono: secus si nō cō-
paret: ut in l. quamuis. ff. eodem titu.

5 **P**riuegiū principis latē debet interpretari in p̄iudiciū eius, non autem alte-
rius qui ex eo laeditur.

*Quando sit pax inter communicantes, & sunt remissiones hinc inde, quod hoc non no-
cat singularibus personis.*

*Ignorantia iuris naturalis, vel quasi iuris naturalis, ut est illud quod beneficentibus be-
nefaciamus, & quod superioribus nostris reuerentiam exhibeamus, non excusat a
p̄nam in damnis vitandis.*

Quid in matre non petente tutorem filio infra annum?

*Incipit quod excusat filio masculo filia femina non succedat, cum ex parte masculi
si sit favorabile ex parte feminae odiosum, an extendatur ad nepotem, licet loquatur
de filio.*

LEX II.

1 **V**enia edicti. *2* Libertus
ri vocantes in ius sine venia pa-
tronum, vel eius parētes, vel eius
liberos, vel eius hāredes etiā extraneos, in-
cidunt in p̄nam edicti Laureorum appli-
candorum ipsi vocato. Ideo princeps per
suum rescriptum talē p̄nam nō remittit:
ne illi faciat iniuriā. h. d. Sed qñ p̄na ve-
nit applicanda sibi, vel eius filio, solet re-
mittere. ut in l. rescripta. §. de preci. imp. of-
fe. *3* Et istud not. quia priuilegiū principis
latē debet interpretari in p̄iudiciū eius,
non autem alterius qui ex eo laeditur, ut
no. in c. dilectus. de don. per Inn. & in l. be-
neficiū. ff. de consti. prin. per Cyn. Item videtur per istum tex.
quod qñ sit pax inter cōmunicantes vel dños, & sunt remissiones
nes hinc inde, q̄ hoc non noceat singularibus personis. de hoc vi-
de per Inno. in c. in nostra. de in ius. Venio ad casum. quidā libe-
tus per errorem vocari fecit in ius filiū sui patroni. vnde vellet
sibi remitti p̄na. Laureorum, in quam incidit. ut l. pe. ff. eo. excu-
sans se q̄ propter ignorantiam vel rusticitatem fecit. vnde respō-
dit Imperator quod hoc non potest fieri, licet ignorantia fuerit.
nam istud est de iure naturali praestare reuerentiam patrono, per
regulam beneficentibus benefactamus. Et ius naturale debet
esse inlitum mentibus vniuscuiusque. Et pro tanto, cum p̄na
veniat applicanda vocato, dixit Imperator non intendimus re-
mittere. *4* Not. quia semper allegatur, quod ignorantia iuris na-
turalis vel quali naturalis, ut est illud quod beneficentibus be-
nefaciamus. & quod superioribus nostris reuerentiam exhibea-
mus, non excusat a p̄na: nec in damnis vitandis. Sic nec mater
non petens tutorem filio infra annum excusatur a p̄na: quia
peccat in iure naturali, quod debet esse sibi inlitum a natura, ut
indennitati filij provideat. ut j. qui pe. tuto. l. fin. Ego tamen aliās
consului quod istud debet intelligi quando nec petijt, nec bona
administrauit: quia tūc peccat in iure naturali: quā debet astrin-
gi ad procurandam vtilitatem filij, & ipsa neglexit: & permisit
perire: sed si non petijt sibi decerni tutelam per iudicem, tamen
diligentiā bonā pupilli administrauit, tunc non peccauit in
iure naturali: sed merē in politiuo, quod vult non sufficere ad
ministrare nisi administret legitime cum iudicis decreto, & alijs
solennitatibus, ut not. gloss. in l. §. si mater. ff. ad tutel. Si ergo
mater erat in loco ubi faciliē poterat consulere peritiores, non
euitat p̄nam, sed cum quādam mulier habitans in locis mon-
tanis & rusticis hoc fecisset, nec habuisset copiam consulendi
peritiores, dixi eam excusari a p̄na priuationis hāreditatis
per l. in bonorum. cum ibi not. ff. de bon. possel. & licet aliqui do-
ctores dubitauerint consulere: tamen ista inuestigatio eis pla-
cuit. quam ego puto verissimam. & hodie etiam iterum consu-
lerem: quia est benigna & humana. In gloss. quā incipit. cum
patribus. ibi: quia frustra adijceret libris. *5* die quia tunc ipsi li-
beri essent liberti sicut & pater. Et ex propria persona teneren-
tur ad hanc reuerentiam, vnde suffecisset dicere libertis alijs,
quid ergo plus voluit Imperator cum dixit. [seu libertis.] scilicet
comprehendere liberos qui non erant liberti: sed ingenui na-
ti, & concepti post manumissionem, & qui ex propria persona
non tenentur ad hanc reuerentiam, quia beneficium libertatis a
patrono immediatē non receperunt: sed tenentur ex persona pa-
tris: quia receperunt mediātē. nisi enim pater fuisset manumis-
sus, ipsi non essent ingenui: tenentur tamen quousque viuūt pa-
ter. non vltra. In fin. gloss. ibi [ex parte liberi est odium.] dic. i.
gauamen. nam non est propriē odium. *6* Et per istam glo. deter-
minat Bal. q̄ si statutum dicat q̄ existente filio masculo filia foe-
mina non succedat: cum istud statutū ex parte masculi sit fauo-
rabile: ex parte foeminae sit odiosum, quo ad masculum extendi-
tur: ut licet loquatur de filio, locū habeat in nepote ex filio. licet
quis decesserit cū tali nepote, & filia foemina excludatur ab illo
nepote: licet appellatione filij de stricto significato non compre-
hendatur nepos. iuxta plenē not. in l. liberorum. ff. de verborum
significationibus, sed bene comprehenditur interdum per in-
terpretationem extensiuā, ut in l. iuxta eodem titu. quā debet

a **I**ncipit. Adde Pat. de cast. in l. j. C. de iur. & fac. igno.

b **T**empore feriā. Adde Ange. in auth. de iud. in §. appella-
tionibus. & Doct. in c. conquestus. de fe-
rijs.

c **V**xori eius. Adde
tur & intellige verū
etiā marito mortuo.
& ea existente vidua
per tex. in l. filij libe-
rorum. §. viduam. ff.
ad muni. & per ea
quā ponit Bart. in l.
Tina. §. ystus ff. de
legat. §. ita Franc. de
Are. hic.

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

Pauli de Castro Prima super Codice.

fieri in fauorabilibus: vt in l. illud. in fi. de sacrosanc. ecc. Ex parte vero filia cum sit odiosum, non extendit ad nepotem ex filio, si quis decedat cum filio masculino, & cum nepte ex altero filio premortuo: quia non excludit a filio masculino. Sed venit ex persona patris, qui similiter non excluderetur, sed si esset ex filia, secus: quia si excluderet eius mater si viueret. fortius eius filia. quoniam etiam nepos ex filia, foemina excluderetur: quia natus ex infecta radice: vt etiam in simili habet in v. l. seu. qui feud. dare possunt. §. cum vero Conrad. cum seq. & no. per Doct. in l. j. §. si. ff. de contrah. & p. Bal. in l. maximū vitiū. j. de lib. prae. Alij dicunt q. filius & nepos ex filio excludunt non solum filiam, sed etiam nepotem ex filio: cum statutum factum sit in fauorem agnationis: vt apud eam remaneat bona, vt not. in l. j. per Cy. j. de adul. Et si transiret ad neptem, peruenire postea posset ad extraneos. Vide per Bar. in d. l. liberorum.

¶ In glo. super verbo. [naturali ratione.] ibi. [falsum esset.] dicitur: quia de iure naturali primeuo omnes homines liberi nascebantur. vñ cum non esset cognita seruitus: ergo nec manumissio: & per consequens nec reuerentia quae debetur ratione manumissionis. Exponere ergo glo. vt in ea. sed parum valet illa exceptio: quia adhuc viget eadem oppositio. Dic ergo in iure naturali, id est, gentium quod etiam vocatur naturale. ex quo fuit inuenta seruitus & manumissio. vt l. manumissiones. ff. de iusti. & iure.

LEX

III.

Vi in potestate. ¶ Filius in potestate etiam petita venia non potest in ius vocare parentem: quia inter eos lis nulla esse potest vt in l. lis nulla. ff. de iu. Sed si est emancipatus, potest esse inter eos iudicium: sed non debet eum in ius vocare sine venia. l. d.

De pactis.

Rubrica.

Quia in iudicio obijciuntur exceptiones pactorum, postquam in ius quis est vocatus, ideo sequenti loco ponitur de pactis. Et iste titulus est sequens sunt difficiles, & multa bona in eis dicuntur: ideo diligenter est aduertendum.

1. Aequalitas est seruanda.
2. Verbum conditio, quod etiam ponitur pro toto fideicommissio conditionalis.
3. Ius vel fideicommissum de futuro seu conditionale potest per pactum remitti: & talis remissio duo operatur. ut hic.
4. Quod si talis fideicommissus dicatur esse aliquid in rerum natura, & possit donari.
5. Promissio de dando sextantem de presenti pro remissione, etiam datione subsequuta non reuocatur, nec retractatur, licet conditio fideicommissi defecerit.
6. Iuri de presenti an possit renuntiare?
7. Quid iuris de futuro, & in spe probabili de iure?
8. Quid si non habeo ius in re nec in spe, sed impossibilitate, super qua spes a iure non approbatur?
9. Fideicommissarius conditionalis, si remisit fideicommissum propter promissionem ei factam, vel pactum de non petendo fecit, potest statim agere contra possessorem actione praescriptis verbis. & nu. 9.
10. Quid si promissit hoc modo, promitto si non petieris, vel ut non petas?

LEX

I.

Conditionis. ¶ Fideicommissum conditio-
nale potest pendente conditione remitti per pactum: & datum pro remissione non repetitur etiam conditione defecta. hoc dicit in effectu. Et quia est difficilis in positione casus, ideo ipsum pone sic: vt omnia remaneant clara. Quidam habens duos filios, quorum vnus vocatur Philinus, alter vero Licinius frater, fecit testamentum, & eos aequaliter instituit & si contingat aliquem ipsorum decedere sine liberis, alterum superstitem substituit per fideicommissum in dimidia illius quae continet sex vncias, mortuo testatore cum Philinus non haberet liberos, nec spem habendi (ga forte vxor eius erat sterilis) videtur q. post mortem suam dimidia debebat peruenire ad fratrem deducta quarta trebellianica: puta vncia cum dimidia, de qua sola poterat testari, volens posse testari de pluribus, conuenit cum fratre de danda sibi de praesenti sextam partem illius dimidia: puta vnam vnciam, & ille quitteret eum de illo fideicommissio, & ipsum remitteret per pactum de non petendo, etiam si contingat illum decedere sine liberis: vt sic ille possit testari de quinque vncijs. & ita factum est, quia ille Philinus tradidit sibi vnam vnciam. i. sextam partem dimidia, & per pactum promissit nunquam petere amplius virtute testamenti, postea quicquid sequatur. deinde contigit quod vxor Philini mortua est. & ille recepit aliam vxorem, de qua procreauit te filium: & postea

mortuus est. Tu nunc vis repetere illam vnciam, tanquam indebitam traditam, vel ob causam quae non est secuta. Nam si illa conuentio facta non fuisset, cum pater tuus decederet te filio relicto: & sic defecit conditio fideicommissi, nihil ergo debebatur illi patruo tuo facta dicta conuentione: quia pater tuus illam vnciam sibi tradidit pro remissione quam ab illo recipiebat, sed illa remissio videtur esse vana & inanis, postquam fideicommissum sibi non debebat conditione defecta. Nam priuatio praesupponit habitum: & vbi nunquam subsistit debitum, remissio esse non potest. apparet ergo nunc q. illa remissio non fuit necessaria: nec aliquid fuit operata. ergo dicta conuentio de dando sibi illam vnciam videtur fuisse iniqua, & per consequens datio possit reuocari: tanquam facta ob causam quae non est secuta. Et nunc apparet quid iuris. Imperator determinat contrarium, q. non potest repetere: dicens q. ista conuentio non fuit iniqua, sed iusta. Nam fuit facta tempore quo pendebat fideicommissum: & sic suberat spes, poterat enim contingere quod conditio existeret, quod pater tuus decederet sine liberis. Istam ergo spem abstulit tibi patruus tuus per pactum, inquit quod si decederet sine liberis, non posset aliquid plus petere. Non est ergo iniustum q. licet decederet cum liberis, possit retinere illam vnciam sibi datam ex eo quod illi spei renunciauit. h. d. in effectu. ¶ Et sic aequalitas est seruanda, vt licet ille non posset venire contra conuentionem si conditio extitisset: ita nec tu repetendo solus: licet conditio defecerit. arg. ad hoc. infra, de v. l. si ea pactio ne. In text. ibi. [conditionis incertum.] id est, fideicommissum sub incerta conditione relicto: vt patet ex sequentibus: & sic verbum conditio potest sumi pro toto fideicommissio conditionalis, per quod dixit Barto. se consuluisse, cum testator filios suos institutos inuicem grauauerit per fideicommissum, quod si quis eorum prius sine liberis decederet, eius portio deueniat in superstitem. Et postea in codicillis dixit, conditionem quam apposui filiis meis in testamento adimo vel reuoco: quarebatur an videtur tur reuocasse totum fideicommissum, an vero conditionem duntaxat remouisse, quam constat remoueri posse stante etiam fideicommissio, vt l. iij. §. conditio. ff. de adi. l. e. Et determinauit ipse quod videatur reuocatum totum fideicommissum: & sic verbum illud conditionis ponatur pro toto fideicommissio conditionalis: non est extra nea expositio: vt patet per istum text. & ad hoc dicendum mouetur. q. si staret propriè remaneret fideicommissum reciproci purum hinc inde, & sic esset inutile: quia tantum reciperet quis a fratre, quantum sibi daret incontinenti, vt l. ab omnibus. §. si Titio. in fi. de legat. j. Bald. addit. Nam hoc quando verba proferuntur ab eo qui nec erat obligatus: nec obligatio erat quæ sita: quo casu si resularet inconueniens de quo supra, quia remaneret fideicommissum inutile, debet exponi vt dictum est. alias deberet propriè & strictè sumi pro sola conditione. Vnde si testator legauit tibi sub conditione, postea in codicillis dicat conditionem quam apposui tibi reuoco, sola conditio esset reuocata: & remaneret fideicommissum purum, nec aliquod inconueniens resularet: sicut resularet quando esset fideicommissum reciproci. Si vero proferantur verba ab obligato, vt si eras mihi obligatus sub conditione, postea dixisti remitto & renuntio illi conditioni, an reddatur obligatio pura? not. in l. lecta. ff. si certum petat. Sed si ego creditori remitto, videor totum debitum remittere. In text. ibi. [non iniquis rationibus.] Hic dicit Cy. imò aequis, & quidem tribus. Primò, quia fideicommissum erat relicto in fauore istius Fratris: ergo poterat ei renuntiare. vt in l. si quis in conscribendo. infra eodem. Item quia tollitur votum captandæ mortis. Nam amodò non sperabit in morte fratris. ergo & c. l. fina. j. cod. titulo. Item tollitur inuidia inter fratres. ergo & c. l. cum pater §. euietis. ff. de legatis ij. & ibi in gloss. j. & l. cum oportet §. primo. infra, de bo. quæ libe. ¶ Nota. ergo, & ad hoc allegatur, quod ius vel fideicommissum de futuro seu conditionale potest per pactum remitti: & operatur ista remissio duo. vnum de praesenti, & statim: quia tollit spem quam remittens habebat: & erat a iure approbata. nam & illa spes dicitur esse aliquid in rerum natura. Vnde potest donari: vt in lege spem. infra, de donat. & venditio. vt in lege, si actum rhetis. ff. de actio. empt. ergo & remitti pro aliquo dando de praesenti, vt hic. Secundò operatur in futurum si contingit illam spem deuenire ad rem. Quia ista conditio non tollit tunc illam rem, id est, ipsum fideicommissum. Et istum effectum non habet remissio de praesenti. Sed demum conditione impleta: sicut

ficut